Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

apud eos que nos appellamus thagemata. triui
a munuscula verbi gratia frixi ciceris uuarumque
passarum. & poma diuersi generis. Igitur quia usu
ras accipere non poterant. pro collibistis pecuniam
feneratam erant. pro usuris accipiebant uarias
species. ut quod in nummo non licebat in his rebus
exigerent que nummis coemuntur quasi non hoc
ipsum ezechiel predicauerit dicens. Usuram & sup
habundantiam non accipietis. Istiusmodi dominus noster cer
nens in domo patris negotiationem seu latroci
nium ardore spiritus concitatus. iuxta quod scriptum est in
sexagesimo. viii. psalmo. Zelus domus tue comedit
me. Fecit sibi flagellum de funiculis & multi
tudinem hominum eiecit de templo dicens. Scrip
tum est. domus mea domus orationis uocabitur. Vos
autem fecistis eam speluncam latronum. Latro enim
est & templum dei in latronum conuertit specum qui lucra
de religione sectatur. cultusque eius non tam cultus dei quam
negotiationis occasio est. Hoc iuxta historiam.
ceterum secundum mysticos intellectus. Cotidie ihesus
ingreditur templum patris & eicit omnes tam Episcopos
& presbiteros & diaconos quam laicos & uniuersam turbam
de ecclesia sua. & unius criminis habet uendentes
pariter & ementes. Scriptum est enim. Gratis accepis
tis gratis date. Mensas quoque numulariorum sub
uertit. ts. Respice auaritiam sacerdotum altaria
dei numulariorum mensas appellari. cathedrasque
uendentium columbas euertit. Qui uendunt